

[16r] 1616 die veneris 26 februarii in loco Lavatoggii

Reverendus Petrus de Regno, curatus ecclesie parochialis sub titulo Anontiationis loci sancti Antonini, cuius titularis est plebanus de Regno, et annui reditus sunt uniti plebanie, et status animarum 310, examinatus et

Interrogatus quot requirantur ad confessionem sacramenti. Respondit: tria, materia, forma et intentio ministri.

Interrogatus se si può separar la forma dalla materia in qualche caso di necessità. Respondit: non si può, ma devono esser insieme la forma e la materia.

Interrogatus quenam sit materia sacramenti penitentiae. Respondit: sunt peccata.

Interrogatus se a un sol peccato si può dar assolutione. Respondit: se li può dare, ma credo se ne possa stare perché questo si cancella con l'aqua benedetta [e] esame di coscienza.

Interrogatus come se conosce il peccato mortale dal veniale. Respondit: mortale est voluptas seu libido in creatura supra Deum, veniale voluptas seu libido citra Deum.

Interrogatus quinam est effectus baptismi. Respondit: est delere omne peccatum tam originale quam mortale et conferre gratiam.

Interrogatus quot sunt confessionis conditiones. Respondit: sexdecim sint, simplex, humilis etc.

Interrogatus quid sibi vult in his conditionibus secreta. Respondit: mentre un si confessa secretamente.

Interrogatus quomodo differant sponsalia a matrimonio rato. Respondit: sponsalia sunt verba de futuro, matrimonium ratum est verum matrimonium.

Interrogatus que est forma matrimonii. Respondit: sunt verba que explimunt mutuum consensum.

Interrogatus quot impedimenta matrimonii. Respondit: sunt duodecim, error, conditio, votum etc.

Interrogatus quid sibi velit votum. Respondit: votum simplex impedit sed non dirimit, solemne impedit et dirimit.

[16v] Interrogatus usque ad quam gradum protrahatur affinitas <ex> copula fornicaria. Respondit: usque ad primum et secundum.

Interrogatus an si quis cognovisset mulierem, posset ducere consanguineam huius in quarto gradu. Respondit: potest.

Interrogatus si quis uxoratus cognosceret consanguineam sue uxoris quid ageret in sacramento penitentiae. Respondit: imponerem penitentias iuxta peccata perquirendo vices, gradum etc.

Interrogatus quid significet prefatio in missa. Respondit: significat statum patrie.

Interrogatus quid significet Credo. Respondit: symbolum apostolorum.

Interrogatus quid significet corporale. Respondit: sindonem.

Et se subscripsit

Ego presbiter Petrus [*souscription autographe*]

[...]

[57v] 1616 die veneris 26 februarii

Visitatio ecclesie parochialis sub titulo Anontiationis loci Sancti Antonini, cuius titularis est reverendus pre[s]biter Valentius Stefaninus plebanus Regno, et eius loco servit presbiter Petrus quondam Iacopi de loco Praoli de Regno<sup>1</sup>, cuius annui reditus sun[t] uniti plebanie, cuius status animarum sunt [310].

Im primis visitavit sanctissimum Eucharistie sacramentum, quod conservatur im pixide argentea, in cuius interiori parte non adest substratum corporale.

Pixis ipsa non habet conopeum sericeum.

Tabernaculum adest supra quedam petra sine pede et habet tantum unum conopeum sericeum viridi coloris.

Altare est debite mesure.

Petra sacrata est debite measure con sua capsula lignea.

Clavis tabernaculi non est deaurata, sine funiculo et florico sericeo, conservatur in quadam ca[p]sula que manet retro altari.

Provideatur de paliis albi, rubei et violacei coloris.

Cum defertur sanctissimum viaticum ad infirmos non fertur umbella nec bursa cum corporalibus nec vellum.

In feria quinta Cene Domini cedulas a communicandis exhigat priusquam sacramentum administret, ut precepto ecclesie satisfactum esse certus sit.

Tabernaculum ostensorium est sine vitro et indecens.

In feria quinta Cene Domini fit sepulchrum et conservatur in calice et custoditur ab hominibus et feminis.

Adest etiam alia pixis pro deferendo sanctissimum viaticum ad infirmos fracta.

Amictus, corporalia et purificatoria signo crucis muniantur.

Oleum subministrat communitas.

Ceram vero subministrant femine societatis sancte Marie.

---

<sup>1</sup> Ce paragraphe a été l'objet de la part du scribe de corrections faciles à repérer et dont le résultat est donné ici.

Fit aspersione aque benedictae solum in prima dominica mensis.

Fons baptismalis est marmoreus, rotundus, sine piramide et sine cancellis.

Clavis ipsa conservatur in quadam capsula retro altaris maiori, non habet funiculum sericeum con suo floculo.

Non adest clocheum sed utitur anfora vitrea.

Olea sacra conservantur in vasis stanneis, quod etiam reponuntur in capsula lignea retro altaris maiori.

Sacrarium est indecens sine sera et clavi.

**[58r]** Cum defertur oleum sanctum ad infirmos non fertur lumine et fertur in capsula lignea absque bursa et vello.

Confessionale est indecens, absque bulla et casibus.

Altare sub titulo Pietatis dominorum Iulii Caesaris et Alexandri consobrinorum est debite mensure cum suis debitis ornamentis, sed ordinatur ut cancellis ligneis sepiatur, nullos habet reditus.

Non habet fenestra pro conservandis urceolis ad usum misse.

Altare sub titulo sanctissimi Rosarii absque bullis mulierum societatis beate Virginis, est debite mensure con suis debitis ornamentis ad usum misse.

Petra sacrata non est debite mensure.

Altare ipsum sepiatur cancellis ligneis, et quod bradella circumdet latera ipsius per uncias octo.

Fenestrella pro conservandis urceolis ad usum misse ad formam reconcinetur.

Altare ipsum non habet supracellum nec etiam altare maius.

Claves ecclesie remanent ad valves ecclesie in die, in nocte vero apud parrochum.

Fenestre ecclesie saltem tella cera illinita muniantur.